

39. *Apatophysis ocularis* P i c 1901 (Matér. p. serv. à l'étude des Longicornes, III, 3, p. 9) = *Apatophysis toxotoides* C h e v r. 1860 (specim. detrit.). Cf. Revue Russe d'Ent., II, 1902, p. 119.

40. Nomine „*opaca*“ in gen. *Clytra* L a i c h. praeoccupato (R o s e n h a u e r 1856), *Clytram opacam* J a c o b s o n 1898 (Ann. Mus. Zool. Acad. Imp. Sc. St.-Pétersb., III, p. 191) ***Clytra jacobsoni*** nominandam propono. Quae species ob scutellum subconice eminens, caput haud sulcatum fronte et vertice abunde lanuginosis, formam latam et validam, elytra maximâ ex parte subopaca, subgenus peculiare, nomine ***Clytraria*** n. designandum, repraesentare mihi videtur. Hanc insignem speciem habeo e prov. Bucharicâ Hissar dictâ: curs. super. fl. Tupalang (E. Willberg! 1898), Karatag (M a u r e r jr.!) (4 specim. in coll. P. S e m e n o v).

De novo *Evaniidarum* genere (Hymenoptera).

Scriptit

Andreas Semenov petropolitanus.

In descriptione meâ *Aulaci sibiricolae* S e m. 1892 [Bull. Acad. Imp. Sc. St.-Pétersb., N. S., III (XXXV), pp. 27—28 = Mél. biol. tir. du Bull., XIII, 2, pp. 215—216], tum a me in genus *Aulacus* sensu A. Schlettereri (1889) relati, insignia peculiaria, quibus haec egregia species a congeneribus omnibus discedit, jam exposui. *Aulaco* genere recentiore tempore a Kieffer in tria genera optimo jure diffisso (cf. Ann. Soc. Ent. Fr. 1899, p. 813; Bull. Soc. Ent. Fr. 1900, p. 338; in W y t s m a n, Genera Insectorum, Hymenoptera, Fam. *Evaniidae*, 1902, pp. 11 seqq.), etiam *Aulacum sibiricolam* S e m. in genus peculiare, ***Anaulacus*** nominandum, ob unguiculos margine interno distincte etsi minute bidenticulatos, alas posticas cellulis duabus venulâ brevissimâ interpositâ separatis, alas anticas cellulâ radiali valde elongatâ, maculis obscuris nullis, venis pallidis, abdomen fortiter compressum petiolo valde elongato, pedes longos et graciles, habitum peculiarem, secernendum esse censeo. Doleo, me *Anaulacum sibiricolam* nunc ante oculos non habere.

In genus *Anaulacus* m. fortasse etiam *Aulacus rufitarsis* C r e s s. 1864 (cf. Schletterer: Ann. Naturh. Hofmus. Wien., IV, 1889, p. 535) referendus (cf. Kieffer: Bull. Soc. Ent. Fr. 1900, pp. 338—339).

¹⁾ Cf. Revue Russe d'Entom., III, 1903, p. 40.